e-codices

Pe Dico ut perpetuo peroas. Sa credere hodie tu reſtibus
Pe Tua quidem cucule cauſa. non hercle ſi oſ perciderim tibi
Me tuam morticine. Sa uideo ego te iam incubitatus eſ
Pe Ita ſum quid id attinet ad te at non ſum ita uita gratiſ.
Sa Confidens. Pe ſum hercle uo nam ego me confido
Liberum fore ut te nunq̄ ſperas. Sa potin ut moleſtuſ ne ſies
Pe Quod diciſ facere non quid. Sa abi in malam rem. Pe at tu domum
Nam ibi tibi parata p̄stoſt. Sa uadatur hic me. Pe utinam
Vadeſ deſint in carcere ut ſiſ. Sa quid hoc. Pe quid eſt.
Sa Etiam ſcelus male loquere. Pe tandem ut liceat cum ſeruus ſis
Seruum tibi maledicere. Sa ita ne ſpecta quin dedero
. Pe Nihil iam nihil hēſ. Sa dij deęq: te omneſ perdant
Niſi hodie ſi prendero defigam in terram colaphis
Pe Amicus ſum eueniant uolo tibi quae optas atq: id fiat: tun me
Defigas: te cruci ipſum propendenti affigent alij. Sa quin te dij deęq;
Sciſ quid hinc porro dicturus fuerim nil linguę moderari queam.
Potin habeas. Pe abigis facile. nam umbra mea intuſ vapulat
Sa Vt iſtunc dij deęq; perdant tanq̄ proſerpens beſtia bilinguis
Et ſceleſtus. hercle illum abiſſe gaudeo foreſ aperite. ecce autem
Quem conuenire maxime cupiebam egreditur foras.

TOXILVS. SOPHODICLISCA ANVS. SAGARISTIO

Paratum iam eſſe dicto unde argentum ſit futurum iubeto
Habere animum bonum. dic me illam amare multum ū ſe adluat
Ibi me adluat. que dixi ut nuntiareſ ſatin ea tenes. So magiſ
Calleo q̄ aprugnum callum callet. To propera abi domum
Sa Nunc ego huic graphicę facetus fiam ſubnixiſ aliſ me inferam
Atque amicibor glorioſe. To ſed quis hic an ſatuſ ambulat
Sa Magnifice conteſtabor. To ſagariſtio hic quidem ē. ſ; quid
Agitur ſagariſtio ut ualet ecquid quod mandaui tibi eſt ne
In te ſpecule. Sa adito uidebit factum uola uetito promoveto
To Quid hoc id in collo tibi tumet. Sa uomicaſt preſſare parce
Nam ubi qui mala tetigit manu doloreſ cooriuntur
To Quando iſtec innata eſt tibi. Sa hodie. To ſecari iubeſis
Sa Metuo ne ı̄maturam ſecem. ne exhibeat plus negocij
To Inſpicere morbum tuum lubet. Sa abi atque caueſis á n cornu
To Quid iam: Sa quia boueſ bini hic ſunt in crumena. To emitte ſodeſ

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 207r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0138/207r)